

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus s  
cum uariis

Spiritus Ihesu, spiritus bonus, Spiritus sanctus, spiritus rectus, spiritus dulcis, spiritus fortis, infirma roborans, aspera planans, corda purificans. Quicquid in hoc seculo nequam uidetur, difficile et angustum leue facit et latum; obprobrium gaudium iudicat, despectionem exaltationem esse persuadet.

Bernardus sermone LXXIII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Spiritus sanctus *om.* B; *hoc om.* M; *nequam]* nequa C, nequaque P V<sup>1</sup>; *latum]* hic illatum P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; *gaudium iudicat]* iudicat gaudium M; sermone LXXIII.] LXXIII. sermone M, *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>